Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ducente se viam nescire iussit ut ad ripam maris iret et primam na
vim quam inveniret intraret. Quam velociter iussa apostoli adimplens ad urbem
predictam pervenit angelo duce et prospero vento flante et invento
apto carcere sancti Mathie eoque viso flevit plurimum et oravit. Tunc
dominus Matheo reddidit beneficium duorum luminum quibus eum privaverat ne
quitia peccatorum. Matheus igitur ab inde recessit et Antyochiam pervenit. An
drea in Mirgundia remanente irati illi de evasione Mathei Andream
apostolum duxerunt et per plateas ligatis manibus pertrahunt. Cumque eius san
guis effluerent pro eis oravit et ad Christum sua oratione convertit in
in Antyochiam proficiscens. Hoc autem quod dicitur de huiusmodi orbatione Ma
thei et de restitutione duorum luminum per Andream non puto fide
dignum, ne in tanto evangelista minoratio tam infima denotetur. quasi
sibi non potuerit obtinere quod ei Andreas tam facile impetravit.
16. Quidam iuvenis nobilis dum invitis parentibus apostolo adhesisset paren
tes eius domum in qua morabatur cum apostolo succenderunt. Cumque iam in altum
flamma succresceret puer accepta ampulla super ignem aquam sparsit
et statim ignem extinxit. Illis autem dicentibus: filius noster magus effectus
est. Dum per scalas vellent ascendere, adeo sunt excecati ut ipsas sca
las penitus non viderent. Tunc quidam exclamans ait: ut quid nos stul
to labore consumitis. Deus pugnat pro eis et vos non videtis.
Cessate iam ne in vos ira dei descendat. Multi ergo hec videntes do
mino crediderunt. Parentes vero post .l. dies mortui sunt et in uno mo
numento positi. Quedam mulier cuidam homicide coniuncta cum
parere non posset sorori sue dixit: Vade et pro me Dyanam dominam
nostram invoca. Cum invocasset ait dyabolus: Cur me invocas cum tibi pro
desse non possim. Sed vade ad Andream apostolum qui sororem tuam pote
rit adiuvare. Ad quem cum ivisset et apostolum ad sororem duxisset predi
cante dicit apostolus: Recte hec pateris quia male nupsisti dolose concepis
ti et demones consuluisti. Sed tamen penitere et in Christum crede et puerpe
rium proice. Qua credente abortivum protulit et dolor cessa
vit. Senex quidam nomine Nycolaus adiit apostolum dicens: Domine certe